

FERIA QUINTA IN CÆNA DOMINI.

AD MATUTINUM.

In primo Nocturno.

Antiphona. Zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me.

Psalmus 68.

Salvum me fac Deus: * quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam.

Infixus sum in limo profundi: * & non est substantia.

Veni in altitudinem maris: * & tempestas demersit me.

Laboravi clamans, rauce factæ sunt fauces meæ: * defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.

Multipliati sunt super capillos capitis mei, * qui oderunt me gratis.

Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniuste: * quæ non rapui, tunc exolvebam.

Deus tu scis insipientiam meam: * & delicta mea à te non sunt abscondita.

Non erubescant in me qui expectant te Dómine, * Dómine virtutum.

Non confundantur super me * qui quærunte te, Deus Israël.

Quoniam propter te sustinui opprobrium: * operuit confusio faciem meam.

Extraneus factus sum fratribus meis, * & peregrinus filiis matris meæ.

Quoniam zelus domus tuæ comedit me: * & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me.

Et operui in jejuniis animam meam: * & factum est in opprobrium mihi.

Et posui vestimentum meum cilicium: * & factus sum illis in parabolum.

Adversum me loquebantur qui sedebant in porta: * & in me psaliebant qui bibebant vinum.

Ego vero orationem meam ad te Dómine: * tempus beneplaciti Deus.

In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, * in veritate salutis tuæ:

Eripe me de luto, ut non infingar: * libera me ab iis, qui oderunt me, & de profundis aquarum.

Non ne demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum: * neque urgeat super me puteus os suum.

Exaudi me Dómine, quoniam benigna est misericordia tua: * secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.

Et ne avertas faciem tuam à precero tuo: quoniam tribulum, velociter exaudi me.

Intráde animæ meæ, & libera eam: * propter inimicos meos eripe me.

Tu scis improperium meum, & confusionem meam, * & reverentiam meam.

In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me: * improperium expectavit cor meum, & miseriam.

Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: * & qui consolaretur, & non invenit.

Et dederunt in escam meam fel: * & in siti meâ potaverunt me aceto.

Fiat mensa eorum coram ipsis in la-

laqueum, * & in retributiones, & in scandalum.

Obscurentur oculi eorum ne videant: * & dorsum eorum semper incurva.

Effunde super eos iram tuam: * & furor iræ tuæ comprehéndat eos.

Fiat habitatio eorum deserta: * & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.

Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt: * & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.

Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: * & non intrent in justitiam tuam.

Deleantur de libro viventium: * & cum iustis non scribantur.

Ego sum pauper & dolens: * salus tua Deus suscepit me.

Laudabo nomen Dei cum canticis: * & magnificabo eum in laude:

Et placebit Deo super vitulum novellum, * cornua producentem & úngulas.

Videant pauperes & latentur: * quærite Deum, & vivet anima vestra: quoniam exaudivit pauperes Dóminus: * & victos suos non despexit.

Laudet illum cæli & terra, * mare, & omnia reptilia in eis.

Quoniam Deus salvam faciet Sion: * & ædificabuntur civitates Juda.

Et inhabitabunt ibi, * & hereditate acquirunt eam.

Et semen servorum ejus possidebit eam, * & qui diligunt nomen ejus, habitabunt in ea.

Antiphona. Zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me.

Antiph. Avertantur retrorsum, & erubescant, qui cogitant mihi mala.

Psalmus 69.

Deus in adiutorium meum intráde: * Dómine ad adiuvandum me festina.

Pars Hyemalis.

Confundantur, & reverentur, * qui quærunte animam meam:

Avertantur retrorsum, & erubescant, * qui volunt mihi mala:

Avertantur statim erubescéntes, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent & latentur in te omnes qui quærunte te, * & dicant semper: Magnificetur Dóminus: qui diligunt salutarem tuam.

Ego verò egenus, & pauper sum: * Deus adjuva me.

Adjuvor meus, & liberator meus es tu: * Dómine ne moreris.

Antiphona. Avertantur retrorsum, & erubescant, qui cogitant mihi mala.

Antiphona. Deus meus eripe me de manu peccatoris.

Psalmus 70.

In te Dómine speravi, non confundar in æternum: * in justitia tua libera me, & eripe me.

Inclina ad me aurem tuam, * & salva me.

Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum: * ut salvum me facias,

Quoniam firmamentum meum, * & refugium meum es tu.

Deus meus eripe me de manu peccatoris, * & de manu contra legem agentis, & iniqui:

Quoniam tu es patientia mea Dómine: * Dómine spes mea à juventute mea.

In te confirmatus sum ex útero: * de ventre matris meæ tu es protector meus.

In te captatio mea semper: * tamquam prodigium factus sum multis & tu adjutor fortis.

Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam: * tota die magnitudinem tuam.

Ne proicias me in tempore senectutis: * cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.

Dd

Quia

Quia dixerunt mei mihi inimici: *
& qui custodiebant animam meam,
consilium fecerunt in unum,

Dicentes: Deus dereliquit eum,
persequimini, & comprehendite
eum: * quia non est qui eripiat.

Deus ne elongeris à me: * Deus
meus in auxilium meum respice.

Confundantur, & deficient detra-
hentes animæ meæ: * operiantur
confusione, & pudore qui quærunt
mala mihi.

Ego autem semper sperabo: *
& adjiciam super omnem laudem
tuam.

Os meum annuntiabit iustitiam
tuam: * totâ die salutare tuum.

Quoniam non cognovi litteraturam:
* introibo in potentias Domini:
* Domine memorabor iustitiæ
tuæ solus.

Deus docuisti me à juventute meâ:
& usque nunc pronuntiabo mirabilia
tua.

Et usque in senectam & senium: *
Deus ne derelinquas me,

Donec annuntiem brachium tuum
generationi omni, quæ ventura
est:

Potentiam tuam, & iustitiam tuam
Deus usque in altissima, quæ fe-
cisti magnalia: * Deus quis simili-
lis tibi?

Quantas ostendisti mihi tribulatio-
nes multas, & malas: & conversus
vivificasti me: * & de abyssis
terre iterum reduxisti me:

Multiplicasti magnificentiam
tuam: * & conversus consolatus es me.

Nam & ego confitebor tibi in vanis
psalmi veritatem tuam: * Deus
psallam tibi in cithara, sanctus
Israël.

Exultabunt labia mea cum cantave-
ro tibi: * & anima mea, quam re-
demisti.

Sed & lingua mea totâ die medita-
bitur iustitiam tuam, * cum confu-

si & reveriti fuerint qui quærunt
mala mihi,

Antiphona. Deus meus eripe me
de manu peccatoris. **V.** Avertantur
retrorsum, & erubescant. **R.** Qui
cogitant mihi mala.

Hoc triduo post Versiculos Nocturnorum, dicitur secreto Pater noster, nec pronuntiatur Et ne nos, nec dicitur Absolutio, neque dantur Benedictiones ante Lectiones. In fine Lectionum non dicitur Tu autem, sed primæ tres Lectiones Jeremiæ terminantur ut infra.

Incipit lamentatio Jeremiæ
Prophætæ.

Lectio j. Cap. 1. Aleph.

Quomodo sedet sola civitas
plena populo: facta est qua-
si vidua domina Gentium:
princeps provinciarum facta est sub
tributo.

Beth. Plorans ploravit in nocte,
& lacrymæ ejus in maxillis ejus:
non est qui consoletur eam ex om-
nibus charis ejus: omnes amici ejus
spreverunt eam, & facti sunt ei
inimici.

Ghimel. Migravit Judas propter
afflictionem & multitudinem ser-
vitutis: habitavit inter gentes, nec
invenit requiem: omnes persecuto-
res ejus apprehenderunt eam inter
angustias.

Daleth. Viae Sion lugent eò quòd
non sint qui veniant ad solemnita-
tem: omnes portæ ejus destructæ:
sacerdotes ejus gementes: virgines
ejus squalidæ, & ipsa oppressa
amaritudine.

He. Facti sunt hostes ejus in cà-
pite, inimici ejus locupletati sunt:
quia Dominus locutus est super
eam propter multitudinem iniqui-
tatum ejus: parriculi ejus ducti sunt
in captivitatem ante faciem tribu-
lantis.

Je-

Jerusalem, Jerusalem, converte-
re ad Dominum Deum tuum.

Sic terminantur Lectiones de Lamentationibus in hoc triduo.

R. In monte Oliveti oravit ad Pa-
trem: Pater si fieri potest, tran-
seat à me calix iste: * Spiritus qui-
dem promptus est, caro autem in-
firma. **V.** Vigilate, & orate, ut
non intratis in tentationem. Spiritus
quidem.

Lectio ij. Vau.

Egressus est à filia Sion om-
nis decor ejus: facti sunt prin-
cipes ejus velut arietes non inven-
ientes pascua: & abiierunt absque
fortitudine ante faciem subse-
quentis.

Zain. Recordata est Jerusalem
dierum afflictionis suæ, & pravarica-
tionis omnium desiderabilium suo-
rum, quæ habuerat à diebus anti-
quis, cum caderet populus ejus in
manu hostili, & non esset auxiliator:
viderunt eam hostes, & deris-
erunt sabbata ejus.

Heth. Peccatum peccavit Jerusa-
lem, propterea instabilis facta est:
omnes, qui glorificabant eam, spre-
verunt illam, quia viderunt iniquomi-
niam ejus: ipsa autem gemens con-
versa est retrorsum.

Teth. Sordes ejus in pedibus ejus,
nec recordata est finis sui: depò-
sita est vehementer, non habens
consolatorem: vide Domine afflic-
tionem meam, quoniam erectus est
inimicus.

Jerusalem, Jerusalem, converte-
re ad Dominum Deum tuum.

R. Tristis est anima mea usque ad
mortem: sustinete hic, & vigilate
mecum: nunc videbitis turbam,
quæ circumdabit me: * Vos fugam
capietis, & ego vadam immolari
pro vobis. **V.** Ecce appropinquat
hora, & Filius hominis tradetur in
manus peccatorum. Vos fugam.

Lectio iij.

Manum suam misit hostis ad
omnia desiderabilia ejus: quia
vidit Gentes ingressas Sanctuarium
suum, de quibus præceperas ne in-
trarent in ecclesiam tuam.

Caph. Omnis populus ejus gemens,
& quærens panem: dederunt pre-
tiosa quæque pro cibo ad refocil-
landam animam: vide Domine &
considera, quoniam facta sum vilis.

Lamed. O vos omnes, qui transi-
tis per viam, attendite, & videte si
est dolor sicut dolor meus: quoniam
vindemiavit me ut locutus est Do-
minus in die iræ furoris sui.

Mem. De excelsio misit ignem in
ossibus meis, & erudit me: expân-
dit rete pedibus meis, convertit me
retrorsum: posuit me desolatam,
totâ die in ære confectam.

Nun. Vigilavit jugum iniquitatum
mearum: in manu ejus convolutæ
sunt, & imposita collo meo: in-
firmata est virtus mea: dedit me
Dominus in manu, de qua non
potero surgere.

Jerusalem, Jerusalem, converte-
re ad Dominum Deum tuum.

R. Ecce vidimus eum non habentem
speciem, neque decorem: aspectus
ejus in eo non est: hic peccata
nostra portavit, & pro nobis dolet:
ipse autem vulneratus est propter
iniquitates nostras: * Cujus livore
sanati sumus. **V.** Verè languores
nostros ipse tulit, & dolores nostros
ipse portavit. Cujus livore.

R. Ecce vidimus.

In secundo Nocturno, Antiphona.
Liberavit Dominus pauperem à po-
tente: & inopem, cui non erat ad-
jutor.

Psalmus 71.

Deus iudicium tuum regi da: *
& iustitiam tuam filio regis:
Judicare populum tuum in iusti-
tia, * & pauperes tuos in iudicio.

Ed 2

Sus-

Suscipiant montes pacem p̄pulo: * & colles justitiam.

Judicabit p̄uperes p̄puli, & salvos faciet filios p̄uperum: * & humiliabit calumniatorem.

Et permanebit cum Sole, & ante Lunam, * in generatiōe & generatiōnem.

Descendet sicut pluvia in vellus: * & sicut stillicia stillantia super terram.

Orietur in diēbus ejus justitia, & abundantia pacis: * donec auferatur luna.

Et dominabitur à mari usque ad mare: * & à flumine usque ad terminos orbis terrarum.

Coram illo pr̄cedent Æthiopes: * & inimici ejus terram lingent.

Reges Tharsis, & insula mœnera offerent: * reges Arabum, & Saba dona adducunt.

Et adorabunt eum omnes reges terræ: * omnes gentes seruiant ei:

Quia liberabit p̄uperem à potestate: * & p̄uperem, cui non erat adiutor.

Parcet p̄uperi & inopi: * & animas p̄uperum salvas faciet.

Ex usuris & iniquitate redimet animas eorum: * & honorabile nomen eorum coram illo.

Et vivet, & dabitur ei de auro Arabia, & adorabunt de ipso seniper: * tota die benedicent ei.

Et erit firmamentum in terra in summis montium, superextolletur super Libanum fructus ejus: * & florebit de civitate sicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedictum in sæcula: * ante Solem permanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ: * omnes gentes magnificabunt eum.

Benedictus Dñus Deus Israël, * qui facit mirabilia solus:

Et benedictum nomen majestatis

ejus in æternum: * & replebitur majestate ejus omnis terra: fiat, fiat.

Antiphona. Liberavit Dñus p̄uperem à potestate: & inopem, cui non erat adiutor.

Antiphona. Cogitaverunt impij, & locuti sunt nequitiam: iniquitatem in excelsu locuti sunt.

Psalms 72.

Quam bonus Israël Deus * his, qui recto sunt corde.

Mei autem penè moti sunt pedes: * penè effusi sunt gressus mei.

Quia zelavi super iniquos, * pacem peccatorum videns.

Quia non est respectus morti eorum: * & firmamentum in plaga eorum.

In labore hominum non sunt, * & cum hominibus non flagellabuntur:

Ideo tenuit eos superbia, * operanti sunt iniquitate & impietate sua.

Pròdit quasi ex adipe iniquitas eorum: * transierunt in affectum cordis.

Cogitaverunt, & locuti sunt nequitiam: in excelsu locuti sunt.

Invenit in cœlum os suum: * & lingua eorum transivit in terra.

Ideo convertetur p̄pulus meus hic: * & dies pleni inveniuntur in eis.

Et dixerunt: Quomodo scit Deus, * & si est scientia in excelsu?

Ecce ipsi peccatores, & abundantes in sæculo, * obtinuerunt divitias.

Et dixi: Ergo sine causa justificavi cor meum, * & lavi inter innocentes manus meas:

Et fui flagellatus tota die, * & castigatio mea in matutinis.

Si dicebam: Narrabo sic: * ecce nationem filiorum tuorum reprobo.

Exis-

Existimabam ut cognoscerem hoc, * labor est ante me:

Donec intrem in Sanctuarium Dei: * & intelligam in novissimis eorum.

Verumtamen propter dolos posuisti eis: * dejecisti eos dum alleverantur.

Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt: * perierunt propter iniquitatem suam.

Velut somnium surgentium Domine, * in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt: * & ego ad nihilum redactus sum, & nescivi.

Ut jumentum factus sum apud te: * & ego semper tecum.

Tenuisti manum dexteram meam: & in voluntate tua deduxisti me, * & cum gloria suscepisti me.

Quid enim mihi est in cœlo? * & à te quid volui super terram?

Defecit caro mea, & cor meum: * Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

Quia ecce, qui elongant se à te, peribunt: * perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.

Mihi autem adhaerere Deo bonum est: * ponere in Dño Deo spem meam:

Ut annuntiem omnes prædicationes tuas, * in portis filia Sion.

Antiphona. Cogitaverunt impij, & locuti sunt nequitiam: iniquitatem in excelsu locuti sunt.

Antiphona. Exurge Dñe, & judica causam meam.

Psalms 73.

UT quid Deus repulisti in finem: * iratus est furor tuus super oves præcuræ tuæ?

Memor esto congregatiōnis tuæ, * quam possidisti ab initio.

Redemisti virgam hereditatis tuæ: * mons Sion, in quo habitasti in eo.

Leva manus tuas in superbiis eorum in finem: * quanta malignatus est inimicus in sancto?

Et gloriati sunt qui oderunt te: * in medio solemnitatis tuæ.

Posuerunt signa sua, signa: * & non cognoverunt sicut in exitu super summum.

Quasi in silva lignorum securibus exciderunt janus ejus in idipsum: * in securi, & ascia dejecerunt eam.

Incenderunt igni Sanctuarium tuum: * in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.

Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul: * Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra.

Signa nostra non vidimus, jam non est propheta: * & nos non cognoscet amplius.

Usquequò Deus improperabit inimicus: * Irritat adversarius nomen tuum in finem?

Ut quid avertis manum tuam, & dexteram tuam, * de medio sinu tuo in finem?

Deus autem rex noster ante sæcula: * operatus est virtutem in medio terræ.

Tu confirmasti in virtute tua mare: * contribulasti capita draconum in aquis.

Tu confregisti capita draconis: * dedisti eum escam p̄pulis Æthiopum.

Tu dirupisti fontes, & torrentes: * tu siccasti fluvios Ethan.

Tuus est dies, & tua est nox: * tu fabricatus es auroram & solem.

Tu fecisti omnes terminos terræ: * æstatem & ver tu plasmasti ea.

Memor esto hujus, inimicus improperavit Dño: * & p̄pulus insipiens inclitavit nonnem tuum.

quam possidisti ab initio. Redemisti virgam hereditatis tuæ: * mons Sion, in quo habitasti in eo.

Leva manus tuas in superbiis eorum in finem: * quanta malignatus est inimicus in sancto?

Et gloriati sunt qui oderunt te: * in medio solemnitatis tuæ.

Posuerunt signa sua, signa: * & non cognoverunt sicut in exitu super summum.

Quasi in silva lignorum securibus exciderunt janus ejus in idipsum: * in securi, & ascia dejecerunt eam.

Incenderunt igni Sanctuarium tuum: * in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.

Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul: * Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra.

Signa nostra non vidimus, jam non est propheta: * & nos non cognoscet amplius.

Usquequò Deus improperabit inimicus: * Irritat adversarius nomen tuum in finem?

Ut quid avertis manum tuam, & dexteram tuam, * de medio sinu tuo in finem?

Deus autem rex noster ante sæcula: * operatus est virtutem in medio terræ.

Tu confirmasti in virtute tua mare: * contribulasti capita draconum in aquis.

Tu confregisti capita draconis: * dedisti eum escam p̄pulis Æthiopum.

Tu dirupisti fontes, & torrentes: * tu siccasti fluvios Ethan.

Tuus est dies, & tua est nox: * tu fabricatus es auroram & solem.

Tu fecisti omnes terminos terræ: * æstatem & ver tu plasmasti ea.

Memor esto hujus, inimicus improperavit Dño: * & p̄pulus insipiens inclitavit nonnem tuum.

DD 3

Ne

Ne tradas bestiis animas confitentes tibi, * & animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.

Respice in testamentum tuum: * quia repleri sunt, qui obscurati sunt terrae domibus iniquitatum.

Ne avertatur humilis factus confusus: * pauper & inops laudabunt nomen tuum.

Exurge Deus, iudica causam tuam, * memor esto improperiorum tuorum, eorum que ab insipiente sunt tota die.

Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum: * superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.

Añs. Exurge Domine, & iudica causam meam. **V.** Deus meus eripe me de manu peccatoris. **R.** Et de manu contra legem agentis, & iniqui. Pater noster. **secreto.**
Ex Tractatu S. Augustini Episcopi super Psalmos.

In Psalm. 54. ad Vers. 1.

Lectio iv.

EXaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam; intende mihi, & exaudi me. Satagensis, solliciti, in tribulatione positi, verba sunt ista. Orat multa patiens, de malo liberari desiderans. Superest ut videamus in quo malo sit: & cum dicere corperit, agnoscamus tibi nos esse: ut communicata tribulatione, conjungamus orationem. Contristatus sum, inquit, in exercitatione mea, & conturbatus sum. Ubi contristatus? ubi conturbatus? In exercitatione mea, inquit. Homines malos, quos patitur, coramemoratus est: eandem que passionem malorum hominum exercitationem suam dixit. Ne putetis gratis esse malos in hoc mundo, & nihil boni de illis agere Deum. Omnis malus aut ideo vivit ut corrigatur: aut ideo vivit ut per illum bonus exerceatur.

R. Amicus meus osculi me tradidit signo: quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum: hoc malum fecit signum, qui per osculum adimplevit homicidium. * Infelix pretermisit pretium sanguinis, & in fine laqueo se suspendit. **V.** Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Infelix pretermisit.

Lectio v.

UTinam ergo qui nos modo exercent convertantur, & nobiscum exerceantur: tamen quamdiu ita sunt ut exercent, non eos odimus: quia in eo quod malus est quis eorum, utrum usque in finem perseveraturus sit, ignoramus. Et plerumque cum tibi videtur odisse inimicum, fratrem odisti, & nescis. Diabolus & angeli ejus in Scripturis sanctis manifestati sunt nobis, quod ad ignem aeternum sint destinati. Ipsorum tantum desperanda est correctio, contra quos habemus occultam luctam: ad quam luctam nos armat Apostolus, dicens: Non est nobis collectatio adversus carnem & sanguinem, id est, non adversus homines quos videtis, sed adversus principes & potestates & rectores mundi, tenebrarum harum. Ne forte cum dixisset, mundi, intelligeres daemones esse rectores caeli & terrae. Mundi dixit, tenebrarum harum: mundi dixit, amatorum mundi: mundi dixit, impiorum & iniquorum: mundi dixit, de quo dicit Evangelium, Et mundus eum non cognovit.

R. Judas mercator pessimus osculo petiit Dominum, ille ut agnus innocens non negavit Judae osculum: * Denariorum numero Christum Judaeis tradidit. **V.** Melius illi erat, si natus non fuisset. Denariorum.

Le-

Lectio vi.

Quoniam vidit iniquitatem, & contradictionem in civitate.

Attende gloriam crucis ipsius. Jam in fronte regum crux illa fixa est, cui inimici insultaverunt. Effectus probavit virtutem: domuit orbem non ferro, sed ligno. Lignum crucis contumeliosis dignum visum est inimicis, & ante ipsum lignum stantes caput agitabant, & dicebant: Si Filius Dei est, descendat de cruce. Extendebat ille manus suas ad populum non credentem, & contradicentem. Si enim justus est qui ex fide vivit, iniquus est qui non habet fidem. Quod ergo hic ait, iniquitatem: perfidiam intellige. Videbat ergo Dominus in civitate iniquitatem & contradictionem, & extendebat manus suas ad populum non credentem & contradicentem: & tamen & ipsos expectans dicebat: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.

V. Unus ex discipulis meis tradet me hodie: Vae illi per quem tradar ego: * Melius illi erat, si natus non fuisset. **V.** Qui intingit mecum manum in paropside, hic me traditurus est in manus peccatorum. Melius. **R.** Unus ex discipulis.

In tertio Nocturno, Antiphona. Dixi iniquis: Nolite loqui adversus Deum iniquitatem.

Psalm. 74.

Confitebimur tibi Deus: * confitebimur, & invocabimus nomen tuum.

Narrabimus mirabilia tua: * cum accepero tempus, ego justitias judicabo.

Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: * ego confirmavi columnas ejus.

Dixi iniquis: Nolite inique agere: * & delinquentibus: Nolite exaltare cornu.

Nolite extollere in altum cornu vestrum: * nolite loqui adversus Deum iniquitatem.

Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque a desertis montibus: * quoniam Deus judex est.

Hunc humiliat, & hunc exultat: * quia calix in manu Domini vini meri plenus misto.

Inclinavit ex hoc in hoc: veritatem fax ejus non est exinclinata: * bibent omnes peccatores terrae. Ego autem annuntiabo in seculum: * cantabo Deo Jacob.

Et omnia cornua peccatorum confringam: * & exaltabuntur cornua just.

Antiphona. Dixi iniquis: Nolite loqui adversus Deum iniquitatem.

Antiphona. Terra tremuit & quievit, dum exurgeret in iudicio Deus.

Psalmus 75.

NOtus in Judaea Deus: * in Israel magnum nomen ejus:

Et factus est in pace locus ejus: * & habitatio ejus in Sion.

Ibi confregit potentias arcuum, * seutum, gladium, & bellum.

Illuminans tu mirabiliter a montibus aeternis: * turbati sunt omnes insipientes corde.

Dormierunt somnum suum: * & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.

Ab increpatione tua Deus Jacob dormitaverunt qui ascenderunt equos.

Tu terribilis es, & quis resistet tibi? * ex tunc ira tua.

De caelo audium fecisti iudicium: * terra tremuit & quievit.

Cum exurgeret in iudicium Deus, * ut salvos facere omnes mansuetos terrae.

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: * & reliquiae cogitationis diem festum agent tibi.

Dd 4

Vo-

Vovete, & redite Domino Deo vestro: * omnes qui in circuitu ejus affertis munera.

Terribili & ei qui aufert spiritum principum, * terribili apud reges terra.

Antiphona. Terra tremuit & quievit, dum exurgeret in iudicio Deus.

Antiphona. In die tribulationis meae Deum exquisivi manibus meis.

Psalmus 76.

Voce mea ad Dominum clamavi: * voce mea ad Deum, & intendit mihi.

In die tribulationis meae Deum exquisivi, manibus meis nocte contra eum: * & non sum decipsum.

Requirit consolari anima mea, * memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum: & defecit spiritus meus.

Anticipaverunt vigilias oculi mei: * turbatus sum, & non sum locutus.

Cogitavi dies antiquos: * & annos aeternos in mente habui.

Et meditatus sum nocte cum corde meo, * & exercitabar, & scoppebam spiritum meum.

Numquid in aeternum projiciet Deus: * aut non apponet ut complacitior sit adhuc?

Aut in finem misericordiam suam abscondet, * a generatione in generationem?

Aut obliviscetur misereri Deus? * aut continebit in ira sua misericordias suas?

Et dixi nunc coepi: * haec mutatio dexterae Excelsi.

Memor fui operum Domini: * quia memor ero ab initio mirabilia tuorum,

Et meditabor in omnibus operibus tuis: * & in adinventioibus tuis exercabor.

Deus in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster? * tu es Deus qui facis mirabilia.

Notam fecisti in populis virtutem tuam: * redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Jacob, & Joseph.

Viderunt te aquae Deus, viderunt te aquae: * & timuerunt, & turbatae sunt abyssi.

Multitudo sonitus aquarum: * vocem dederunt nubes.

Etenim sagittae tuae transeunt: * vox tonitru tui in rota.

Illuxerunt coruscationes tuae orbi terrae: * commota est & contremuit terra.

In mari via tua, & semitae tuae in aquis multis: * & vestigia tua non cognoscentur.

Deduxisti sicut oves populum tuum, * in manu Moysi & Aaron.

Antiphona. In die tribulationis meae Deum exquisivi manibus meis. **V.** Exurge Domine. **R.** Et iudica causam meam.

Pater noster. Secretum.

De Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Lectio vij. *Cap. 11. d.*

Hoc autem praecipio: non laudans quod non in melius, sed in deterius conventis. Primum quidem conventibus vobis in Ecclesiam, auditio scissuras esse inter vos, & ex parte credo. Nam oportet & haereses esse, ut & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.

Convenientibus ergo vobis in unum, jam non est Dominicam cenam manducare. Unusquisque enim suam cenam praesumit ad manducandum.

Et alius quidem esurit: alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent? Quid dicam vobis. Laudo vos in hoc non laudo.

R. Eram quasi agnus innocens: ductus sum ad immolandum, & nesciebam: consilium fecerunt inimici

mi-

mici mei adversum me, dicentes:

Venite, mittamus lignum in panem ejus, & eradamus eum de terra viventium. **V.** Omnes inimici mei adversum me cogitabant mala mihi: verbum iniquum mandaverunt adversum me, dicentes. Venite.

Lectio viij.

Ego enim accepi a Domino quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam coenavit, dicens: Hic calix novum testamentum est in meo sanguine: hoc facite quotiescumque bibetis, in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis: mortem Domini annuntiabitis donec veniat.

R. Unam horam non potuistis vigilare mecum qui exhortabamini mori pro me? **V.** Vel Judam non videtis quomodo non dormit, sed festinat tradere me Judaeis? **V.** Quid dormitis? surgite, & orate, ne intratis in tentationem. Vel Judam.

Lectio ix.

Itaque quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè: reus erit corporis, & sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit: non dijudicans corpus Domini. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos dijudicemus, non itaque judicemur. Dum iudicamur autem, a Domino corripiamur, ut non cum hoc mundo damnemur. Itaque fratres mei, cum con-

ventis ad manducandum, invicem expectate. Si quis esurit, domi manducet: ut non in iudicium conviatis. Caetera autem, cum venero disponam.

R. Seniores populi consilium fecerunt, * Ut Jesum dolo tenerent, & occiderent: cum gladis & fustibus exierunt tanquam ad latronem. **V.** Collegerunt Pontifices & Pharisaei concilium. Ut Jesum.

R. Seniores populi.

A D L A U D E S,

Antiphona.

Justificeris Domine in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Psalmus 50.

Miserere mei Deus, * secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: * & a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: * & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: * ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: * & in peccatis concipit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: * incerta, & occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor: * lavabis me, & super nivem dealbabor.

Auditi meo dabis gaudium & letitiam: * exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne

Ne proicias me à facie tua: * & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiã salutãris tui: * & spiritu principali confirma me.

Docëbo iniquos vias tuas: * & impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: * & exultabit lingua mea iustitiã tuã.

Domine, labia mea aperies: * & os meum annuntiabit laudem tuã.

Quoniam si voluisses sacrificium dedissem utique: * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: * cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.

Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion: * ut ædificentur muri Ierusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta: * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Antiphona. Iustificeris Domine in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Antiphona. Dominus tamquam ovis ad victimam ductus est, & non aperuit os suum.

Psalmus 89.

Domine, refugium factus es nobis, * à generatione in generationem.

Priusquam montes fierent, aut formarëtur terra, & orbis: * à sæculo & usque in sæculum tu es Deus.

Ne avertas hominem in humilitatem: * & dixisti: Convertimini filii hominum.

Quoniam mille anni ante oculos tuos, * tamquam dies hesterna, quæ præterit.

Et custodia in nocte, * quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.

Mane sicut herba transeat, manè

florëat, & transeat: * vespere decedat, induret, & arëscat.

Quia defecimus in ira tua, * & in furore tuo turbati sumus.

Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: * sæculum nostrum in illuminatione vultus tui.

Quoniam omnes dies nostri defecerunt: * & in ira tua defecimus.

Anni nostri sicut aranea meditabuntur: * dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni.

Si autem in potentatibus octoginta anni: * & amplius eorum, labor & dolor.

Quoniam supervenit mansuetudo: * & corripimur.

Quis novit potestatem iræ tuæ: * & præ timore tuo iram tuam dinumerare?

Dexteram tuam sic notam fac: * & eruditos corde in sapientia.

Convertere Domine usquequò? * & deprecabilis esto super servos tuos.

Repleti sumus manè misericordia tuã: * & exultavimus, & delectati sumus omnibus diebus nostris.

Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti: * annis quibus vidimus mala.

Rèspice in servos tuos, & in opera tua: * & dirige filios eorum.

Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos: * & opus manuum nostrarum dirige.

Antiphona. Dominus tamquam ovis ad victimam ductus est, & non aperuit os suum.

Añã. Contritum est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea.

Psalmus 62.

Deus Deus meus * ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea, * quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, & in via, & in aquosa: * sic in sancto apparui tibi, ut vidërem virtutem tuã, & gloriam tuã.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: * labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: * & in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: * & labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: * quia fuisti adjutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhesit anima mea post te: * me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quasi erunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: * tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui jurant in eo: * quia obstructum est os loquentium iniqua.

Psalmus 66.

Deus misereatur nostrum, & benedicat nobis: * illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuã: * in omnibus gentibus salutare tuum.

Constituteantur tibi populi Deus: * constituteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes: * quoniam iudicas populos in equitate, & gentes in terra dirigis.

Constituteantur tibi populi Deus: constituteantur tibi populi omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: * & metuant eum omnes fines terræ.

Antiphona. Contritum est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea.

Antiphona. Exhortatus es in virtute tua, & in refectioe sancta tua Domine.

Canticum Moysi.

Exodi 15.

Cantemus Domino: * gloriose enim magnificatus est, * equum & ascensorem dejecit in mare.

Fortitudo mea, & laus mea Dominus, * & factus est mihi in salutem:

Iste Deus meus, & glorificabo eum: * Deus patris mei, & exaltabo eum.

Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen ejus. * Currus Pharaonis & exercitum ejus projecit in mare:

Electi principes ejus submersi sunt in Mari rubro. * Abyssi operuerunt eos, descendērunt in profundum quasi lapis.

Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine: dextera tua, Domine, percussit inimicum. * Et in multitudine gloriæ tuæ deposuisti adversarios tuos:

Misisti iram tuã, quæ devoravit eos sicut stipulam. * Et in spiritu furoris tui congregatae sunt aquæ:

Sterit unda fluens, * congregatae sunt abyssi in medio mari.

Dixit inimicus: Persequar & comprehendam, * dividam spolia, implebitur anima mea:

Evaginabo gladium meum: * interficiet eos manus mea.

Flavit spiritus tuus, & operuit eos mare: * submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

Quis similis tui in fortibus Domine? * quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia?

Extendisti manum tuã, & devoravit eos terra. * Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti:

Et portasti eum in fortitudine tua. *

ad

ad habitaculum sanctum tuum. Ascenderunt populi, & irati sunt: dolores obtinuerunt habitatores Philisthim.

Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor: obriguērunt omnes habitatores Chanaan.

Irruat super eos formido & pavor, * in magnitudine brachii tui:

Fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus Domine, * donec pertranseat populus tuus iste, quem possedisti.

Introduces eos, & plantabis in monte hereditatis tue, * firmissimo habitaculo tuo quod operatus es Domine:

Sanctuarium tuum Domine, quod firmaverunt manus tue, * Dominus regnabit in æternum, & ultra.

Ingressus est enim eques Pharaon cum curribus & equitibus ejus in mare: & reduxit super eos Dominus aquas maris:

Filii autem Israël ambulaverunt per siccum * in medio ejus.

Antiphona. Exhortatus es in virtute tua, & in refectioe sancta tua Domine.

Antiphona. Oblatus est quia ipse voluit, & peccata nostra ipse portavit.

Psalmus 148.

Laudate Dominum de cœlis: * laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes angeli ejus: * laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol & luna: * laudate eum omnes stellæ, & lumen.

Laudate eum cœli cœlorum: * & aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: * ipse mandavit, & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in sæcu-

lum sæculi: * præceptum posuit, & non præteribit.

Laudate Dominum de terra, * dracones, & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glaciæ, spiritus procellarum: * quæ faciunt verbum ejus:

Montes, & omnes colles, * ligna fructifera, & omnes cedri.

Bestiae, & universa pecora: * serpentes, & volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes populi: * principes, & omnes iudices terræ.

Juvenes, & virgines: senes cum junioribus laudent nomen Domini: * quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cœlum, & terram: * & exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus: * filiis Israël, populo appropinquanti sibi.

Psalmus 149.

Cantate Domino canticum novum: * laus ejus in ecclesiis sanctorum.

Lætetur Israël in eo, qui fecit eum: * & filii Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: * in tympano, & psalterio psallent ei: Quia beneplacitum est Domino in populo suo: * & exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria: * lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum: * & gladii ancipites in manibus eorum:

Ad faciendam vindictam in nationibus: * increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: * & nobiles eorum in manibus ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum: * gloria hæc est omnibus sanctis ejus.

Psal-

Psalmus 150.

Laudate Dominum in sanctis ejus: * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus: * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ: * laudate eum in psalterio, & cithara.

Laudate eum in tympano, & choro: * laudate eum in chordis, & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis jubilationis: * omnis spiritus laudet Dominum.

Antiphona. Oblatus est quia ipse voluit, & peccata nostra ipse portavit.

Capitulum & Hymnus non dicuntur.

Y. Homo pacis mee in quo speravi. **R.** Qui edebat panes meos, ampliavit adversum me supplantationem.

Ad Benedicere Antiphona.

Tráditor autem dedit eis signum, dicens: Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum.

Canticum Zachariæ.

Luc. 1. g.

Benedictus Dominus Deus Israël, * quia visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ:

Et erexit cornu salutis nobis: * in dómo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum, * quia à sæculo sunt, prophetarum ejus:

Salutem ex inimicis nostris: * & de manu omnium, qui oderunt nos:

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: * & memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum, * darum se nobis.

Ut sine timore, de manu inimicó-

rum nostrorum liberati, * serviamus illi.

In sanctitate, & justitia coram ipso, * omnibus diebus nostris.

Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis: * præbis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus, * in remissionem peccatorum eorum:

Per viscera misericordiae Dei nostri: * in quibus visitavit nos, oriens ex alto:

Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent: * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Antiphona. Tráditor autem dedit eis signum, dicens: Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum.

Interim dum dicitur Canticum Benedictus, extinctis prius omnibus candelis in candelabro triangulari, præter unam, quæ posita est in summitate candelabri, extinguuntur paulatim sex candelæ posite à principio super altare, ita ut in ultimo Versu extinguatur ultima candelæ, similiter extinguuntur lampades & luminaria per Ecclesiam. Cùm repetitur Antiphona Tráditor, accipitur suprema candela ex candelabro, & absconditur sub altari in cornu Epistolæ, repetita Antiphona post Benedictus, dicitur Y. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem. Secunde nocte additur, Mortem autem crucis. Tertia nocte additur, Propter quod & Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

Et sic dicitur etiam per omnes Horas diei.

Cùm incipitur Y. Christus factus est, omnes genuflectunt, & eo finito, dicitur Pater noster totum sub silentio: Postea Psalmus Miserere mei Deus, 425. antiquulum al-

tius:

dius: quo finito, sine Orémus dicitur simili voce.

Respice, quæsumus Dómine, super hanc familiam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit manibus tradi nocentium, & crucis subire tormentum. Sed Quitecum, dicitur sub silentio.

Finita Oratione, fit fragor & strepitus aliquantum: mox profertur candela accensa de sub Altari, & omnes surgunt, & cum silentio ciscedunt.

AD HORAS,

Prima, Tertia, Sexta, & Nona (dictis secretò Pater noster, Ave Maria, & ad Primam Credo,) absolute inchoantur à Psalmis consuetis qui ad Primam sunt, ut in Festis: quibus finitis, dicitur *V.* Christus factus est pro nobis, &c. flexis genibus, & dicitur secretò Pater noster. Psalmus Miserere. Oratio, Respice quæsumus, sicut supra in Laudibus.

In hoc triduo non annuntiatur aliquid de Martyrologio, nec dicitur Pretiosa.

AD VESPERAS.

Vesperæ (dicto secretò Pater noster, Ave Maria,) inchoantur absolute à prima Antiphona sine cantu. *Ant.* Cálicem salutáris accipiam: & nomen Dómini invocábo.

Psalmus 115.

Credidi, propter quod locutus sum: * ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: * Omnis homo mendax.

Quid retribuam Dómino, * pro ómnibus, quæ retribuit mihi?

Cálicem salutáris accipiam: * & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus: * pretiosa in conspectu Dómini mors Sanctorum ejus:

O Dómine quia ego servus tuus: * ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupisti víncula mea: * tibi sacrificábo hóstiám laudis, & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspectu omnis pópuli ejus: * in átriis domús Dómini, in médio tui Jerusalem.

Antiphona. Cálicem salutáris accipiam: & nomen Dómini invocábo.

Antiphona. Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: dum loquebar illis, impugnábant me gratis.

Psalmus 119.

Ad Dóminum cum tribulárer clamávi: * & exaudivit me.

Dómine libera ánimam meam à lábiis iniquis, * & à lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid opponátur tibi * ad linguam dolósam?

Sagittæ poténtis acutæ, * cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est: habitávi cum habitántibus Cedar: * multum incola fuit ánima mea.

Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: * cum loquebar illis, impugnábant me gratis.

Antiphona. Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: dum loquebar illis, impugnábant me gratis.

Antiphona. Ab hominibus iniquis libera me Dómine.

Psalmus 129.

Ripe me Dómine ab hómine malo: * à viro iniquo éripe me.

Qui cogitavérunt iniquitates in corde: * totá die constituébant prælia.

Acuérunt linguas suas sicut serpéntis: * venénium áspidum sub lábiis eórum.

Custódi me Dómine de manu peccatoris: * & ab hominibus iniquis éripe me.

Qui

Qui cogitavérunt supplantáre gressus meos: * abscondérunt superbi láqueum mihi:

Et fúnes extendérunt in láqueum: * júcta iter scándalum posuérunt mihi.

Dixi Dómino: Deus meus es tu: * exáudi Dómine vocem deprecátionis meæ.

Dómine, Dómine virtus salutis meæ: * obumbrásti super caput meum in die belli.

Ne trádas me Dómine à desiderio meo: * cogitavérunt contra me, ne derelinquas me, ne forte exalténtur.

Caput circúitús eórum: * labor labiórum ipsórum opéret eos.

Cadent super eos carbónes, in ignem dejicies eos: * in misériis non subsistent.

Vir linguósus non dirigétur in terra: * virum injustum mala cápiant in íteritú.

Cognóvi quia faciet Dóminus júdicium inopis: * & vindictám pauperum.

Verúntamen justí confitebúntur nómini tuo: * & habitábunt recti cum vultu tuo.

Antiphona. Ab hominibus iniquis libera me Dómine.

Antiphona. Custódi me à láqueo, quem statuéruunt mihi: & à scándalis operántium iniquitátem.

Psalmus 140.

Domine clamávi ad te, exáudi me: * inténde voci meæ, cum clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea sicut incénsum in conspectu tuo: * elevatio manuum meárum sacrificium yespertinum.

Pone Dómine custódiám ori meo: * & óstium circumstántiæ lábiis meis.

Non declines cor meum in verba malitiæ, * ad excusándas excusátiones in peccátis.

Cum hominibus operántibus ini-

quitátem: * & non comunicábo cum eléctis eórum.

Corripiet me justus in misericórdia, & increpábit me: * óleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Quóniam adhuc & orátio mea in beneplácitis eórum: * absorpti sunt júcti petræ júdices eórum.

Audient verba mea quóniam potuérunt: * sicut crassitúdo terræ erúpta est super terram.

Dissipáta sunt ossa nostra secus inférnum: * quia ad te Dómine, Dómine óculi mei: in te sperávi, non auferas ánimam meam.

Custódi me à láqueo, quem statuéruunt mihi: * & à scándalis operántium iniquitátem.

Cadent in reticúlo ejus peccátóres: * singulariter sum ego donec tránseam.

Antiphona. Custódi me à láqueo, quem statuéruunt mihi: & à scándalis operántium iniquitátem.

Antiphona. Considerábam ad dexteram, & vidébam: & non erat qui cognósceret me.

Psalmus 141.

Voce meá ad Dóminum clamávi: * voce meá ad Dóminum deprecátus sum:

Effúdi in conspectu ejus oratióneam meam, * & tribulatióneam meam ante ipsum profúditum.

In deficiéndo ego me spiritum meum, * & tu cognovisti sémitas meas.

In via hac, quá ambulábam, * abscondérunt láqueum mihi.

Considerábam ad dexteram, & vidébam: * & non erat qui cognósceret me.

Perit fuga à me, * & non est qui requirat ánimam meam.

Clamávi ad te Dómine, * dixi: Tu es spes mea, pórtio mea in terra vivéntium.

In-

Intende ad deprecationem meam: * quia humiliatus sum nimis.

Libera me a persecutibus me: * quia confortati sunt super me.

Educe de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: * me expectant justi, donec retribuas mihi.

Antiphona. Considerabam ad dexteram, & videbam: & non erat qui cognosceret me.

Capitulum, Hymnus, & V. non dicuntur in hoc triduo.

Ad Magnificat, Antiphona.

Conantibus autem illis, accepit Jesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis.

Canticum B. Mariæ Virginis.

Luce 1. e

Magnificat * anima mea Dominum:

Et exultavit spiritus meus * in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: * ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * & sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus à progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: * dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede, * & exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis: * & divites dimisit inanes.

Suscipit Israël puerum suum, * recordatus misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad patres nostros, * Abraham, & semini ejus in sæcula.

Añs. Conantibus autem illis, accepit Jesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis. **V.** Christus factus est pro nobis. **cum reliquis ut supra in Laudibus.** 429.

Ad Completorium non dicitur Jude domne, nec Lectio brevis, nec Adjuutoriū, neque Oratio Domi-

nica, sed facta Confessione, & Absolutione incipitur à Psalmo cum invocarem. **Dicitis Psalmis dicitur Nunc dimittis.** Deinde **V.** Christus factus est, cum reliquis ut supra ad Laudes. 429.

Sic terminantur omnes Horæ in hoc triduo usque ad Vesperas Sabbati sancti.

FERIA SEXTA

In Parasceve.

Ad Matutinum.

In primo Nocturno, **Antiphona.**

Astiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus.

Psalms 2.

Quare fremuerunt Gentes, * & populi meditati sunt inania?

Astiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum * adversus Dominum, & adversus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorum: * & projiciamus à nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in cælis irridébit eos: * & Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, * & in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præceptum ejus.

Dominus dixit ad me: * Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Postula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, * & possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea, * & tanquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite: * erudimini qui judicatis terram.

Servite Domino in timore: * & exultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam nequando irascatur Dominus, * & peccatis de via justa.

Cum

Cum exarsit in brevi ira ejus, * beati omnes, qui confidunt in eo.

Antiphona. Astiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus.

Antiphona. Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

Psalms 21.

Deus Deus meus respice in me quare me dereliquisti? * Longe à salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, * & nocte, & non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas, * Laus Israël.

In te speraverunt patres nostri: * speraverunt, & liberasti eos.

Ad te clamaverunt, & salvi facti sunt: * in te speraverunt, & non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, & non homo: * opprobrium hominum, & abjectio plebis.

Omnes videntes me, deriserunt me: * locuti sunt labiis, & moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum: * salvum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre: * spes mea ab uberibus matris meæ.

In te projectus sum ex utero: de ventre matris meæ Deus meus es tu, * ne discerissem à me.

Quoniam tribulatio proxima est: * quoniam non est qui adjuvet.

Circumdedérunt me vituli multi: * tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum, * sicut leo rapiens, & rugiens.

Sicut aqua effusus sum: * & dispersa sunt omnia ossa mea.

Para Hyemalis.

Factum est cor meum tanquam cera liquescens * in medio ventris mei.

Aruit tanquam testa virtus meæ, & lingua meæ adhesit faucibus meis: * & in pulverem mortis deduxisti me.

Quoniam circumdedérunt me canes multi: * concilium malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas & pedes meos: * dinumeraverunt omnia ossa mea.

Ipsi verò consideraverunt & inspererunt me: * diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

Tu autem Domine ne elongaveris auxilium tuum à me: * ad defensionem meam conspice.

Erue à fræme Deus animam meam: * & de manu canis unicam meam.

Salva me ex ore leonis: * & à cornibus unicornium humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis: * in medio ecclesiæ laudabo te.

Qui timetis Dominum, laudate eum: * universum semen Jacob glorificate eum.

Timeat eum omne semen Israël: * quoniam non sprevit, neque despexit deprecationem pauperis:

Nec avertit faciem suam à me: * & cum clamarem ad eum exaudivit me.

Apud te laus mea in ecclesia magna: * vota mea reddam in conspectu timéntium eum.

Edent pauperes, & saturabuntur: & laudabunt Dominum qui requirunt eum: * vivent corda eorum in sæculum sæculi.

Reminiscantur & convertentur ad Dominum * universi fines terræ:

Et adorabunt in conspectu ejus * universæ familie Géntium.

Et

Quo-

on